Appendix

Guido da Suzzara (c.1225–1292), *ad* Dig.1.14.3

A: BNF, Lat. 4488, *fols.328vb–329ra* (*322vb–323ra*)
B: BNF, Lat. 4489, *fol.6ra*
C: Madrid, BN 823, *fol.132va–vb*

In l. Barbarius. Quero in prime que sit in l(ege) ista an barbarius philippus fuit pretor. quidam dicunt quod dic(it) glo(sam)[1] quod non, et hoc est uerum licet glo(sa) dicat eum fuisse pretorem et male dicit propter impedimentum sue persone, quia seruus erat qui ad dignitatem non potest aspirare ut C. si servus vel liber(tus) ad decur(ionatum) aspi(raverit) l. unam.[2] Vnde licet pomponius dixerit eum fuisse praetorem iuxta consilium ulpiani sua responcione contentus non fuit, vnde quesiuit audita responsione pomp(onii) vnde innuit eum non fuisse pretorem et ita nec liberum, cum ea que coram eo acta sunt valeant humanitatis racione tantum ut sequitur, vnde innuit eum non[3] fuisse pretorem et ita nec liberum. Guido de suzaria.
Et hoc dico, in l(ege) quod ea que fecit debeant valere, non autem erit ipse pretor uel liber quia dicit lex quod competit libertas data ab eo qui postea seruus pronunciatus est ut i(nfra) qui et a quibus ma(numissi) li(beri) no(n) fi(unt) l. competit.[4] Non autem erit ipse liber. Item non obstat quod seruus qui tempore test(ament)i creditur liber seruus est si testis adhibeatur in test(ament)o testem

1 According to the scholar who worked the most on these three manuscripts, Federico Martino, B would derive from a different archetype than A, but it was influenced by A through a couple of intermediate manuscripts. Martino (1981), pp.17–23. This is clearly visible already in the second line of the transcription. Instead of 'pretor. quidam dicunt quod dic(it) glo(sam)', MS A reads 'p.dic. glo.', which (especially if compared with MS C) seems to stand for 'p(retor) dic(it) glo(sa)'. MS B however read 'p.dic. glo.' as 'predicta glosa', and so added a verb to it ('dicat'). Martino's conclusions would point to a closer affinity between A and C, whereas several instances in the present transcription would suggest a stronger link between the two Parisian manuscripts (A and B). In either case, both the Parisian and the Madrid manuscripts might derive from some common intermediate manuscript.
2 Cod.10.33.1.
3 'non' interlined in B.
4 Dig.40.9.19.

----

1 in l.] super l. C   2 quidam dicunt quod dic(it) glo(sam)] dic(it) glo(sa) A   2–3 pretor. quidam dicunt quod dic(it) glo(sam) quod non, et hoc est uerum licet glo(sa) dicat] predicita glo(sa) dicat B   3 dicit] dicitur B   4 potest] possunt C   vel] aut C   5 unam] una C   6 fuisse] *om* C   responcione] racione B   7 quesiuit] de hoc que sunt A   responsione] racione B; questione responsione C   fuisse] esse A   8 et ita] *om* C   10 Guido de suzara] *om* C   11 in] ar(gumentum) C   12 quod] *om* C   postea] et ipse A–B   13 pronunciatus] pronunciatur B   no(n) fi(unt)] *om* A–B   14 liber] *om* B   15 seruus est] et est seruus C

https://doi.org/10.5771/9783465143901-535 https://www.inlibra.com/de/page/agb - Open Access - CC BY-NC-ND

videtur quia iste l(eges) per hoc faciunt. Nam ex hoc ipso libertatem non consequitur ut iam dixi et ille l(eges) allegate sunt in glosa hic et C. de testa(mentis)[5] et insti. l. de test(amenti) § si cum aliquis.[6]

Item licet populus romanus sciuisset eum seruum fecisset eum liberum uel potuisset seruo decernere hanc potestatem, hoc est uerum si sciuisset. Sed hic errabat populus quia credebat eum liberum et in ueritate erat seruus. Vnde non uidetur populus ei dedisse libertatem cum nichil tam contrarium sit consensui quam error ut i(nfra) iur(isdictione) o(mnium) iu(dicium) si per errorem.[7] Vnde breuit*er* dicatis eum non fuisse pretorem nec liberum ut iam dictum est. Facta tamen ab eo valent nec obstant l(eges) all(egate) in gl(osa) immo per hoc faciunt omnes ut dixi. Guido de.

Quid si statutum est in ciuitate ut bannitus non eligatur ad dignitatem, vel l(ex) hoc iubet ut iam dixi de seruo et de liberto,[8] iste eligitur ad aliquam dignitatem populo ignorante. Cum esset bannitus nunquid ualet sententia ab eo lata? Videtur quod non quia est lata a non competenti iudice, vnde non valet ut C. si a non compe(tenti) in l. fi.[9] Item quia nominaciones in quibus solempnitates deficiunt sicut hic in questione proposita quia ineligibilis erat et tamen electus fuit non valent ut C. de appell(ationibus) l. nominaciones.[10] Econtra videtur quod sententia ab isto lata valeat ut in ista l(ege) in glo(sa) all(egata) et hoc ultimum verum est ut hic probatur. G.

5 Cod.6.23.1. A and B read ‘test. l. i.’, pointing to the title *De testibus* (Cod.4.20.1). The reference is however clearly a typo: when citing this *lex*, Suzzara refers to the case of the slave witnessing a will (Cod.6.23.1), not to a dispute over his freedom (as in Cod.4.20.1). Later on, both A and B cite the same *lex* as ‘C. de testa(amentis)’. See *infra*, ll.17–18.

6 Inst.2.10.7.

7 Dig.2.1.15.

8 Cod.10.33.1.2.

9 Cod.7.48.4.

10 Cod.7.62.27.

----

16 quia] quod A–B ipso] ipse C 17 consequitur] consequitur sicut nec hic libertatem non consequitur C allegate sunt] sunt allegate C et] *om* C 18 et] *om* B aliquis] aliud B 19 fecisset eum] effecisset C 20 hanc] et hanc B hoc est uerum si sciuisset] *om* A; est uerum est si hoc sciuisset B 20–21 Sed hic errabat populus] non est si hoc errabat A 21 populus] *om* B quia credebat eum liberum] credebat enim eum liberum C et in ueritate erat seruus] et erat in ueritate seruus C 22 tam contrarium sit consensui] sit tam contrarium consensui A–B 24 dictum est] dixi C 25 ab eo] *om* C obstant l(eges)] obstat lex C 26 omnes ut dixi. Guido de.] *om* A–B 27 est] *om* A–B ut] quod C 28 l(ex) hoc iubet] leges hoc iubent C 28 de liberto] libero A–B eligitur] eligetur A–B aliquam] *om* A–B 29 Cum esset bannitus] esse bannitum et A–B sententia] sententiam A–B 30 lata] latam A–B est] videtur A–B 31 nominaciones] ‘nominantes’ corrected into ‘nominaciones’ B 34 in glo(sa)] et concor(dat) hic C 35 G.] *om* A–B

https://doi.org/10.5771/9783465143901-535 https://www.inlibra.com/de/page/agb - Open Access - [cc] BY-NC-ND

Sed nunquid salarium habebit iste bannitus qui fuit electus? Et videtur quod sic ar(gumentum) i(nfra) ad munic(ipalem) l. ticio.[11] Econtra uidetur quod non quia sciebat se ineligibilem. Vnde delinquit dignitatem suscipiendo ex quo delicto premium consequi non debet[12] ut i(nfra) de neg(otiis) g(estis) l. siue hereditaria[13] et i(nfra) de int(erdictis) et re(legatis) l. relegatorum § ad tempus[14] et istud ultimum verum est Guido.

Quid de tabellione qui se gerit ut tabellio et non est sed creditur nunquid valent instrumenta ab eo facta? Videtur quod sic ar(gumentum) huius l(egis) et facit ad hoc i(nfra) de iur(e) fisci l. sed si accepto[15] et C. de testa(amentis) l. i[16] et instit. de test(amentis) § sed si aliquis.[17] Vos dicatis quod instrumenta ab eo facta non valent ut i(nfra) de rebus eorum l. qui.[18] Nec obstat l. ista[19] quia iste barbarius philippus fuit a tali creatus in pretorem qui eum creare poterat, s(cilicet) a populo. Item et in illis duabus l(egibus) C(odicis) et instit(utionum)[20] fuit seruus qui credebatur tempore test(ament)i lib(erum) esse adhibitus a tali qui testare poterat, sed uero a nemine creatur tabellio et instrumenta conficit illa instrumenta non valent ut jam dixi. Guido.

11 Dig.50.1.36pr.
12 It is likely that C incorporated some annotation from an intermediate manuscript here. Cf. *infra*, ll.43–44 in the critical apparatus.
13 Dig.3.5.21(22).
14 Dig.48.22.7.4.
15 Dig.49.14.32.
16 Cod.6.23.1.
17 Inst.2.10.7 (sed cum aliquis).
18 Dig.27.9.8pr.
19 *Scil.,* Dig.1.14.3.
20 Cod.6.23.1 and Inst.2.10.7 respectively.

------

36 habebit] *om* A–B 36 qui fuit electus? Et videtur] sed qui fuit electus videtur C 37 uidetur] *om* A–B 37–38 quod non quia sciebat se ineligibilem] quod habere non deb<e>at quia iste se ineligibilem C 38 Vnde] immo C suscipiendo] recipiendo C 39 consequi non debet] consegui etc. ex eodem eius facto quis penam et premium consequi non debet habere premium penam ex delicto C 40 i(nfra)] *om* C relegatorum] relegator A ad] *om* B 41 verum est Guido] in hac questione est ipsa ueritas C Guido] G. de. B 42 ut] in A sed] hoc A 43–44 et facit ad hoc] Item qui uestem romanam portat romanum censetur ut C 44 accepto] accepta A–B et] Item et ar(gumentum) legum C 45 sed si aliquis] sed si quid A–B instrumenta ab eo facta] *om* A–B 46 valent] valunt A ut i(nfra) de rebus eorum l. qui] *om* C 46–47 barbarius philippus] barba A–B 47 a tali creatus] creatus a tali C qui eum creare poterat s(cilicet) a populo] s(cilicet) a populo qui eum creare potuit C 48 C. et instit.] in inst. de test. § sed cum aliquis et C. de testa. l. i. C 50 uero] *om* C instrumenta conficit illa instrumenta] facit instrumenta illa A–B 51 jam] *om* A–B Guido] G. B

https://doi.org/10.5771/9783465143901-535 https://www.inlibra.com/de/page/agb - Open Access - [cc] BY-NC-ND

https://doi.org/10.5771/9783465143901-535 https://www.inlibra.com/de/page/agb - Open Access - [cc BY-NC-ND]